Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber VIII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

Nota humilitatem regis Priami ex nimio gaudio.

celebrans cum immensa tripudia in omni genere musicorum. Rex Priamus primo descendit ab equo et reginam Helenam pedes habens habenis equi sui in multitudine maiorum Troye et multa veneratione deducit. quousque in suam excelsam aulam regiam introduxit. quod ultra magna sunt gaudia ob adventum Paridis et sociorum qui cum eo incolumes redierunt. Illucescente vero die sequenti Rege Priamo acceptante gratanter Paris Helenam in templo Palladis duxit uxorem obeunti rei causam universi troyani implicuerunt festa festis gaudia gaudiis aggregantes et per dies octo continuos ludis et exhillarantibus vacaverunt.

Per dies octo continuos durant festum.

Quod postquam Cassandre filie Priami Regis innotuit. Paridem Helenam sibi matrimonio nexuisse diras prorupit in voces et querulos ululatus potenter exclamans et dicens: Ad quid infelices troyani gaudia ducitis de nuptiis Paridis ex quibus nobis tanta futura sunt mala quod per quantum necem vestram et uxorum deflebitis filiorum quos in conspectu parentum videbatis trucidatos et matrum crudelia funera videatis et tenebitis uxores. Heu sublimis troya diris precipitatura ruinis cum ipse subversa penitus. Heu misere matres cum quo dolore vestrorum cordium clausura habitis cum de pectoribus vestris viscera vestra videbitis crudeliter inebriata membra distingui.

Vaticinatio qualis facta fuerit Cassandre super nuptias Paridis cum Helena.

Heu misera Hecuba unde tot poteris educere lacrimas in natorum tuorum excidio quos scribitur cum mader(e) cruentati gladiis ipsorum. Heu gens ceca que diu moritur ignara cur in violenta manu abin iusto viro non cuelitis Helenam cum cum non accellerans restituitur iusto viro antequam durus ensis accelerat et gladius acutus vestro desevirat in cruore. Putatis ne furtum Paridis sine gravi pena quam acerba vindicta posse transire per quam nobis est finale excidium proventurum. Heu infelix Helena ymo dira lena quot nobis es paritura dolores. Pollite igitur cives mittere ipsum fur(tu)m alienum cum dum licet mortem poteritis vitare. Dum hec igitur et alia diversa continuis querelis perdiceret. Cassandram diffiderent ad Regis Priami noticiam nullo modo desisteret inquieta. Rex Priamus ipsam capi mandavit et compedibus ferreis in claustro firmari. in quo dicitur Cassandram ipsam per multos dies fuisse detentam. Cuius querimoniarum lamenta si fuisset creditum civibus exauditur multitudine (?) inaltata. Troya forte minime deflevisse pretiosos casus suos quamquam nunc in totum flebiliter divulgantur audituri nullo futuro tempore perpetuo oblivionis silentia delectum.

Capitur Cassandra a Priamo pro filio propter verba prolata per eam in harmonia.

Liber. viij. de consilio habito inter grecos de vindicando raptum Helene contra Troianos.

Dum hec itaque in urbe troyana feliciter
immo verius insidiis infeliciter gererentur non-
dum Troyanis applicantibus insulam Tene-
dum fama loquax et euolans tumultuo-
sis relatibus Menelai Regis in multa stupe-
factione aures inuadit qui non apparata discesserat
nec aduocans Nestoris communia. Cum postquam
patefacta sunt singula de dirobatione templi
videlicet insule Cytharee domino suo subiecta
de nece suorum interfectorum ibi nequiter a
Troyanis de captiuitate mulierum et aliorum
ductorum in troyam et demum de raptu sue
Helene quam plusquam se ipsum amore te-
nerrimo diligebat tantorum dolorum acu-
leis factus est anxius quod prius cadens
in terram debilitatus est spiritu et factus est
deficiens quasi totaliter in loquella. Sed
dum post longam horam uires resump-
sit in multa doloris anxietate cepit a
suorum deflere ereptionem captiuorum abductionem
et Helene sue absentiam sub tanti uitu-
perii sub sigillatione transducte. Deflet eius
pulcritudinem alienis manibus contrec-
tandam. Deflet eius delicias quas habi-
turus non extimat in accubitibus barbarorum.
Nullus est finis lamentis eius et lacrimis.
Et demum hoc Nestori nunciato Nestor ad
ipsum ueniens quem sibi carum astrinxerat in
amicum factus lacrimarum suarum particeps bla-

+ Nota. dum Aga-
menonis pylacium
ad consolacionem
sui fratris.

ndis sermonibus et piis affatibus solari mestum
intendit. qui dum nullis lacrimis et fletibus
finem daret celer se attigit ad reditum Re-
gni. quem Nestor non deserens ipsum in continua
multitudine militum flebiliter comitatur qui suum
postquam peruenit in regnum per Regem Agameno-
nem fratrem suum ut ad ipsum accederet in fideli nuncio
demandatur. Sic Regi Castori et Polluci si-
militer qui eius audito nuncio statim ad
eum Reges predicti omnes tres cursu celeri
+ peruenerunt. Agamenon autem ut vidit fratrem
suum tanto dolore torqueri his uerbis conso-
latoriis allocutus est ipsum. Adquid frater
tanto dolore deprimeris et si iusta causa te
moueat non tamen est prudentis uiri animi sui
motum demonstratione vulgare. Dolor enim
patefactus extrinsecus in aduersis amicos ado-
lendo plus inuecat et inimicorum generat in-
imicis gaudia. Confinge ergo comparare leticiam
cum dolor habundet. et finge te non curare
de hiis in quibus te decet racionabiliter cura mor-
dere. Nam cum aneis aut fluuiis la-
crimarum hoc quererentur dampnorum uindicta. Esset
igitur petenda est ultio non murmure que-
relarum. Iam sapientes probitas tue apparet in
casibus excitata contrariis. Aduersa nouit ob-
stinere Fortuna que malorum ponderibus animum
non summittit. Excita ergo tue strenuitatis
animum ad hec mala quibus iniustus dolor te

punctum rigidum, assumas animum ulciscendi,
ut iniuria tibi et nobis illata diutius non tran-
seat sine pena, que non lacrimis est querenda.
Sed in magna offendendi virtute. Nosti
enim nos habundasse viribus, quia in hac ulcis-
cendi cura nos multos habemus consortes, cum in ter-
ra Grecie assurgant imperium, et a nobis
moniti Reges singuli arma contra Troianos
ingerere non negabunt. In brachio for-
tissimo, quia multa classe apud Troyam nos
unanimiter conferemus. In cuius litus si
nostra figere tentoria nos contingat, dux-
erit et impossibile fingis nos aliter
posse decidere. Ante enim maiores necis
traditi consumentur durissime populares eorum.
Cum Troyana urbs in nostra potentia fuerit
euersa, et ille Paris tot malorum actor
si contingat intercipi, velut nequam latro fur-
ca suspensus amarissimas penas luet.
Cessandum est ergo a bonis dolendi tri-
sticia, quia ad omnes Reges Grecie, duces et
Comites maiores et nobiles nostra scripta
mittemus, ut in huiusmodi ulciscendi cum de-
decoris nobis potenter assistant. Sicque ver-
bis et sermonibus fine facto, acquievit
huiusmodi Menelaus. Et sic in continenti per-
universos Grecie Principes litteris destina-
tis. Inter alios accesserunt primi illi viri
fortissimi et nobiles Achilles strenuus

et Patroclus, nec non et fortissimus Dyo-
medes, fratri eius tanti negocii materia de-
clarata, omnes disponunt unanimes in
maris certamina, confecto navigio cumulato,
ut precuperanda Helena, et illate iniurie
obtinenda vindicta, se potenter offerunt apud
Troyam. Pro huius autem negocii execucione
ante omnia statuerunt eligere aliquem
idoneum et principem cui totus exercitus pareret
et sub cuius ductu et regula, exercitus ipse sa-
lubriter gubernetur, et sic de omni assensu
omnium principum tunc ibidem Agamenonem Regem
multe strenuitatis virum, omnes simul con-
cordi discrecione ingentem, in Imperatorem
eorum assumpserunt ducem, et data ei omnis
plenitudinis potestate dominis fuerunt. Castor
et Pollux putantes Troyanos nondum
in fugam pervenisse, cum quibusdam eorum na-
vibus se inmittunt in mare, si forte predictam He-
lenam recuperare possent antequam Troya-
nam contingerent applicare. Non nulli vero
dixerunt dominis fuisse narratum Menelai nullatenus
expectata. Fratri postquam de raptu Helene
ad eos fama pervenit, se in mare cum multo
navigio inmiserunt. Sed quamquam debere con-
gerunt sibi ipsis contrariantibus Troya-
nos volentibus insequi nondum per duos dies
feliciter navigarunt, cum subito celum ob-
ductum nubibus obscuratur induxit tenebras

circumquaque et variis coruscationibus tumidus
et interpolata luce micantibus, ruptis nu-
bibus mugiunt clamosa tonitrua, men-
tes navigantium exanimantia pre timore. In
pluviam igitur coacte nubes aquosos ym-
bres effundunt, et invalescente ventorum tur-
bine, procellosa timet pellagus in fluctus
varios elevatum. Cum autem omnia obscura-
te, facta nimium tenebrosa, exasperantibus
in undis adversus maria, canicia fluctuum
extolluntur, spumas eructantia crebras
hinc inde. Ex quibus nigrum pellagus ve-
lut ebulliens convertebatur in album; in mon-
frangunt arbores, lacerantur vella, rumpuntur
funes, disperguntur naves, multa ventorum
exacerbatione una ab alia separata. Navis
autem illa in qua predicti fratres insimul navi-
gabant, impotentia tempestatis adverse
fractis temonibus et eius arboribus multo
stridore collisis, proprio remige destituta
fertur per pellagus incerto itinere, nunc huc
et adversis fluctibus nunc illuc, et diu multa
fatigatione, nunc recta nunc obliqua, per
mare discurrens, demum exhausta maris
hyatibus, propriis dehiscente carinis, evul-
sis tabulis, nullo alio vidente, demer-
gitur inter fluctus. Inter quos predicti fratres, qua-
... iugiter coerciti in ipsa, prout vere putatur,
penitus submersi. Sic et alie naves seque-

Nota magistrum [illegible] naufragium quod contingit Grecis sequentibus Troianos et Helenam.

ntes ipsius simili tempestate correcte in diversis
locis pelagi perierunt. Horum autem fratrum mors diu
gentilibus esset ignota, et de eorum morte nullus
esset qui certum certitudinis perhiberet. Quidam
credere voluerunt eos divino munere fratres deos
et vivos eos credidit antiqua gentilitas trans-
latos in celum. Hic est quod poete dixerunt
eos in celum assumptos constituisse signum in zo-
diaco circulo, quod usque ad hodiernum diem
signum dicitur geminorum, quod est ex hiis ge-
minis fratribus institutum. Licet antiqui phi-
losophi dixerint geminorum signum ideo appellari quod
geminis diebus plusquam in aliis signis sol
sub zodiaco decurrens moretur in illo. Et sic
quicquid dicam, sic predicti duo fratres pro eorum Helene
recuperatione sororis necis eorum tales exitus
ut premittitur exolverunt. Quidam Frigius
Dares voluit in hoc loco quorundam Grecorum
describere colores et formas, qui et si non
omnium saltem describere voluit famosorum. Asse-
rit enim in codice sui operis Greca lingua
lingua compositum, omnes illos suis oculis
inspexisse. Nam sepius inter treugas habitas
inter exercitus ipse se ad Grecorum tentoria confe-
rebat, unumquemque maioris forme aspiciens
et contemplans, ut ipsorum in suo opere sciret descri-
bere qualitates. Dixit enim primo Helenam
speciositate nimia refulsisse, decenti statura
et forma satis apte, sicut superius retulimus, hoc addito

Helena nimia speciositate et [illegible] [illegible] Follos.

quod ipse dixit Helenam ipsam inter duo supercilia
quondam habuisse modicam et tenuem cicatricem
que miro modo decebat eidem. Agamenon
autem rex multa fuit corporis venustate venustus
lacteo candore fulgebat. fortis erat in ambi-
bus membris esse fortibus conformatus labori
erat amicus quietis dum esse in pace. discre-
tus audax et multo loquendi lepore facundus.
Menelaus autem frater eius non erat tanta cor-
poris venustate distensus. Sed eius forma inter lo-
gitudinem et terminos brevitatis medium
decenti statura firmabat. In exercicio armorum
erat strenuus et bellandi desiderio nimium
animosus. Achilles vero miro pulcritudine
fuit decorus flavis crinibus. Sed crispa-
tis oculis glaucis et grossis. Sed amorosi
aspectus amplum habuit pectus et spatulas.
brachia grossa et renes largas et staturam
longitudinis competentis. hic in fortitudine multa
prevaluit nullus grecorum tunc fortior ipso fuit.
bellandi cupidus largus in donis et prodigus.
Tantalus vero corpore grandis fuit fortis
multum variis oculis candidus rubore
permixto verendicus benignus lites fugiens.
Sed pcha iusta poptus. Ajax Oileus cor-
pore grossus fuit amplus spatulis bra-
chiis longus multum et semper vestibus cautis
colvptus multum non fuit pusillanimis
et facilis ad loquendum. Thelamon aiax

multa pulcritudine fuit decorus nigris
tamen crinibus sed delectabatur in cantu dum
necesse haberet commodam cancionum consonorum multa
copiositate reperiri hic fuit miles strenu-
issimus vir bellicosus multum et qui pompas
in suis virtutibus non dilexit. Ulixes vero
omnes alios grecos speciositate precessit stre-
nuus quidem non fuit sed omni astucia et do-
lositate plenus mendacior maximus
commentator multa diffundens verba iocosa
sed lepores facundia tanta disertus quod nemi-
nem sibi parem habuit in composicione sermonum.
Diomedes fuit multa corporis venustate disten-
sus. Amplo pectore robustis scapulis a-
spectu ferus in promissis fallax in armis stre-
nuus victorie cupidus timendus a multis
cum multum esset iniuriosus servientium sibi
nimis libidinosus quidem multum et qui
multas traxit angustias ob fervorem
amoris. Dux Nestor longe stature
fuit latis membris brachiis grossis fa-
cundus nimium in loquela discretus ac
verbis et fidelia consilia semper prebens ad ira-
scendum facilis. et precatur ad iram nulla
poterit frenari tempore. licet esset in eo brevi
spacio duratura. hunc nullus equari poterit
in recta sinceritate fidelitatis amicus.
Prothesilaus pulcer fuit et decenti sta-
tura decorus strenuus quidem multum.

De strenuitate et fortitudine ac pulcritudine Agamenonis

De fortitudine Achillis et pulcritudine ipsius

nullus celerior et in armis multum animosus.
Neptolamus statura grandis fuit, nigris
crinibus, grossis oculis sed rotundis, latus
pectore, largis spatulis, supercilijs iunctis,
in loquella balbuciens. Sed doctus erat in legibus
et exercicio multo clarus. Palamides autem filius
Regis Nauli fuit pulcerrimus, longus et
gracilis, sed moderata fuit procritate di-
stensus, animosus ad pugnam, affabilis tran-
tabilis, urbanus et multa dona diffundens.
Polidamus multa erat plenus grossicie
et tanta pinguedine tumescens quod vix
se ipsum ducere poterat aut stare multum erec-
tus, animosus multum, sed multa superbia cerui-
cosus, letum non nouit et semper erat in
nimijs cogitacionibus animosus. Machaon
non fuit equalis fortitudinis compositus, dum non esset
multum longus nec nimia breuitate
correctus, superbus tamen, animosus multum,
nudatus frontis caluitio et qui nunquam
dedit dormitum(?). Briseida autem filia
Calcas multa speciositate decora, nec [No. de pulcritudine Briseide.]
longa nec breuis nec nimium macilenta,
lacteo perfusa candore, genis roseis, fla-
uis crinibus, sed supercilijs iunctis, quorum
iunctura dum multa pilositate tumesceret,
modicam inconuenienciam prestabat. Multa
fulgebat loquelle facundia, multa fuit
pietate tractabilis, multos traxit propter

suas illecebras amatores, multos quos dilexit
dum suis amatoribus animi constanciam non seruasset.
Preter hos et alios maiores scripsit idem Dares
ingressum auxilium prestare regem cum multa uellet
militum comitiua, cuius colore ac formas mi-
certus non omisit. Scripsit enim eum fuisse ma-
gne stature, uultum habuisse pinguissimum,
faciem lentiginosam, capillos rubeos et
barbam uelut ignea rubicundam. De
illis non qui fuerunt in troyam idem Dares
formas suo stillo descripsit. Scripsit enim
Regem Priamum longe fuisse stature
gracilem et decore uoce habuisse depressam(?) [No. de Priamo rege et forma]
uocem(?) sonoritatis multe et oculos ualde
diluculo affectum, uirum intrepidum
et absque timore et blandicias lucrum
habentem, exosas fuit enim insius sermonibus
animo uendicte, iusticiam coluit, sonos musi-
cos et cantiones amoris libenter audiuit.
nec fuit Rex alius qui maiori honore
suos commilitones amasset et maiori
affluencia dictasset eosdem. De filijs
itaque Regis Priami nullus fuit qui
tanta animositate uigeret sicut primo genitus
Hector. Hic fuit ille qui suo tempore [No. de hectore et sue [illegible] sua]
omnes alios in uirtutis potencia superauit.
Paz(?) non erat balbuciens in loquela, habuit
membra durissima, substinencia pondera
magna laborum, magnus erat in forma.

nunquam tanti vigoris viri. Troya produxit ne
que ita magnanimum multa replet' nulle pil
los nunquam verbum iniuriosum aut indecens
ab ore eius exivit nunquam sibi extitit te
diosum laboribus incumbere proeliorum nullis sudo
ribus bellicas laxabatur. Nunquam legitur aliquis in
secundus filius aliquo Regno fuisse qui tantum a suis Re
gnicolis amaretur. Deyphebus autem secundus
tertius filius filius Regis priami et sequens Elenus.
eius frater ita fuerunt uni formae et similitudinis coe
quales quod nulla discrepancia erat in illis. Ver…
cum unus ab alio dignosci poterat si quis eos su
bito inspexisset eorum enim forma ipse talis erat
qualis erat Regis priami genitoris
eorum. Illa eis sola eos tres dissimilitudo di
stinxit quod Rex priamus erat provectus
et illi duo iuventutis gloria pubescebant.
Item illorum duorum alter videlicet deyphebus
in armorum multa strenuitate vigebat. et
alius helenus multis erat edoctus libe
quintus filius ralium artium disciplinis. Troylus vero
licet multum fuit corpore magnus magis
tamen fuit corde magnanimus audacis multum
Sed multum habuit in sua potestate temperiem
dilectus plurimum a puellis cum ipse aliqualem
servando modestiam delectaretur in illis. In viribus
vero et strenuitate bellandi vel fuit alius
hector vel secundus ab ipso. In toto enim Regno
troye iuvenis nullus fuit tantis viribus

nec tanti audacia gloriosus. Paris vero fuit secundus filius.
pulcritudine multa venustus flavus co
ma ita quod eius tota caesaries nitorem aureum
pretenderet arcus magisterio excellenter edoctus
et virtute venandi multa fuit in armorum stre
nuitate securus et rigidus miles in bellis.
Eneas autem fuit grossus pectore parvus
non corpore mirabiliter discretus in factis
et temperatus in dictis eloquencia multa refulsit
sanis consiliis satis plenus mirabiliter
sapiens et multa litterarum peritus multum
habuit multa tacunditate dux ei oculi ceru
nary et multa speciositate fulgentes. Inter
alios troye maiores nullus extitit qui
tantarum rerum inmobilium habundaret lo
cuplex in castris et dives in villis. Anthe
nor autem fuit longus et gracilis multis
habundans sermonibus sed discretus in
fuit industrie maxime circumspectus multum
a Rege priamo affectuose dilectus et
cum se pretibat iocose multum secus
consciis credebat absolute tamen omni gravita
te maturus. Polidamas vero ipsius Anthe
noris filius iuvenis speciosus multa fuit
strenuitate conspicuus laudandus mo
ribus corpore largus et gracilis sic pater.
Sed patri fusco colore respersus multum
fuit hic fortis in viribus et valde potens
in armis ad invaescendum tamen velox sermo

decimine multum frenatus. Rex vero Memnon
pulcer in forma sed grandis latis scapulis
grossis brachiis et pectore crinibus autem
crispatis et flavis oculorum vero eius orbes ni
gro fuscantur colore plurimum. mire strenui
tatis miles et qui in troyano bello multa

Uxor Regis Priami

strenue et laudanda peregit. Regina vero
Hecuba. corporea proceritate distensa magis
declinavit ad virilem formam quam ad speciem
muliebrem. mulier fuit mirabilis sa
gacitatis illustris multis erudita doctri
nis pia nimis honesta multum et dili

Uxor Hectoris.

gens opera caritatis. Andromaca vero
uxor hectoris nimia fuit speciositate
decora longa corpore lacteo candore re
fulgens oculos habuit multo fulgore luci
fluos rubicunda maxillas roseis labiis
et crinibus deauratis. Inter omnes mulieres
honestissima vere fuit in omnibus actibus suis

Filia Regis Priami.

moderata. Cassandra autem statura decen
tis multum candida lentiginosa facie o
culis variis virginitatem appetens et omnes
quasi actus fugiens muliebres multa sci
vit predicere de futuris. cum in astrorum scientia et
aliis liberalibus disciplinis esset potenter et

Filia Regis Priami.

patenter edocta. Polixena vero regis Priami
filia virgo tenerrima multa fuit speciosi
tate decora. hec fuit pulcritudinis radius
quem natura studio multo depinxit et in qua natura
rerum nichil erravit nisi quod mortalem eam
statuerit. cuius speciem predicantibus explicare
sermonibus labor esset inutilis. cum eius forma quasi
omnium aliarum precelleret speciem mulierum. Intel
ligatur ergo omnem in ea membrorum pulcritudinem
habuisse et ea floruisse virtute quam omnes gentes
habuit naturales extrosas. De hiis tamen Da
res Frigius noluit formas describere
tantum Grecorum quam etiam troyanorum cum innumeris
exercitu multi fuerint multa virtute con
spicui quorum nomina et virtutes hinc inde
pugnancium seriatim prosequencia narra
buntur. Superest ergo quod ad ipsius ystorie
seriem explicandam prosecutivos actus continuos
successive stilus noster deinceps tenen
dus attendat.

Liber. viiij. de Regibus et Principibus Grecorum qui con
venerunt in Athenis et transitum fecerunt
contra troianos.

Tempus erat quod iam bruma finis
exacta pruinis et gelu suo tempore
soluto glacies iam liquerat cum iam nivibus
liquefactis variis flumina pluvialium seva na
vigia iam timescere videantur fluvius et pig
nis ignei mendica caloris interna frigi
daret obviamque primi veris adventus
sole sub extremo signi piscium decurrente diu
extremi dies et ultimi februarii mensis
instarent et mensis ille martius succederet.